



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 159. Concilium Frisingense in Germania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Præposito Ecclesiæ S. Theclæ repetiit Sæcul. XV.
Codicem ritus Ambrosiani ejus custodiæ A.C. 1440.
concreditum, nec non in festo Natalis
Domini rem divinam Romano ritu in Al-
tari majori celebrari curavit. Vix Cives
rem compererant, cum protinus tumultu
excitare, ad Cardinalis ædes cum
facibus turmatim convolare, & vivum sese
eum combusturos ingeminare, nisi Co-
dicem restitueret. Hisce territus Car-
inalis, se e fenestra demisit, ac altera
die Mediolano discessit, firmiter statuens
se nunquam amplius eo reversurum, quod
& factum: tertio quippe abhinc anno su-
premium diem suum clausit, nonagenario
major. Ex quibus colligere licet, quan-
to zelo Mediolanenses suos ritus, eorum-
que auctorem S. Ambrofium venerentur.

§. CLIX.

Concilium Frisingense in Germania.

Hoc item anno in Germania celebra- *Labb. Col-*
tum reperitur Concilium Frisingen- *lett. Conc. to.*
se, quod Nicodemus de Scala ejusdem *13. p. 1283.*
urbis Episcopus, ac ex Familia Veronen-
sium Optimatum ortus convocaverat.
Historicorum testimonio compertum ha-
bemus, ab eodem Nicodemo Joannem
Notum de Bavaria ex consensu Martini
V. Sede episcopali perturbatum fuisse.
Porro in hac Synodo viginti sex condi-

Rr 3

ta

Sæcul. XV. ta fuere decreta. In primo prohibetur
 A.C. 1440. ne quis de cetero alienæ diaœcis, seu ignotu-
 etiam peregrinus Clericus ad Sacramen-
 rum administrationem, vel alias ad regim-
 Ecclesiæ admittatur, nisi desuper litera
 Episcopi Frisingensis, aut ejus Vicarii po-
 tentibus fuerit munitus. II. Judices Ec-
 clesiastici sui muneric admonentur. III.
 Inhibet Synodus Judicibus sœcularibus,
 ne quemquam clericum ad judicium fore-
 trahant, aut quendam eorum coram se
 experiri cogant, sub pœna excommunicatio-
 nis. IV. Isdem Clericis præcipit, ut ho-
 neste, clericaliter & devote se exhibeant, ta-
 bernas non intrent, nisi in itinere constituti,
 modesto habitu incedant, in suæ habitationis
 domo cauponam non erigant, a crapula
 & ebrietate abstineant, & hoc sub pena sus-
 pensionis a perceptione fructuum beneficio-
 rum. V. Innovat decretum Basileensis
 Synodi de Clericis Concubinariis. VI.
 Mandat, ut Clerici in suis beneficiis per-
 sonaliter resideant. VII. Prohibet, ne in-
 compatibilia de jure beneficia retineant, nisi
 aliud sibi fuerit indulatum. VIII. Statuit,
 ut de cetero nullus recipiatur in Canoni-
 cum &c., nisi vacaverit præbenda, quæ illi,
 qui assumitur, assignetur. IX. Vetat alienatio-
 nem bonorum ecclesiasticorum. X. In-
 hibet Clericis, ne suspensos patibulo, di-
 collatos, vel alios qualitercunque per sen-
 tentiam morti traditos, vel in tormentis

tis, publicis spectaculis occisos, vel subito de- Sæcul. XV.
fundos, qui non eodem anno confessi, vel A.C. 1440.
non receperint Sacramentum Eucharistiae, nisi
de consilio Sacerdotis duxerint abstinentium,
ecclesiasticæ sepulturæ tradere præsumant,
ac præcipit, ut licentia vel ab Episcopo,
vel ejus Vicario super hoc petita obtineat-
tur, nihilque pro concessione hujusmo-
di licentiæ exigatur, neque recipiatur.
XI. Damnat eos, qui decimas Clericis
subtrahunt, easque solvere renuunt. XII.
Agit de Regularibus, eisque monasticam
atque regularem disciplinam commen-
dat; denique statuit Synodus, ut Præla-
ti, quibus devotarum mulierum ac Vir-
ginum tertiam regulam profitentium cura
comissa est, easdem ad suæ regulæ ob-
servantium inducant: Insuper Constitutio-
nem Bonifacii Papæ VIII. super clau-
sura Monialium editam executioni man-
dari præcipit.

Cetera hujus Synodi statuta vix
non easdem materias respiciunt. In ter-
tio decimo agitur de jure Patronatus
& de Advocatis Ecclesiarum. XIV. Pro-
hibetur, ne Laicis Ecclesiæ reddantur tri-
butariae, aut eisdem aliquam exactionem sol-
vant. XV. Omnibus Sacerdotibus, qui
Parochiis præfunt, præcipitur, ut singulis
diebus Dominicis aquam & sal benedicant.
XVI. Agitur de celebratione Missæ, &
mandatur, ut nullus divina Missarum sole-

Sæcul. XV

A.C. 1440.

mnia sine luminibus celebrare, aut hostiam ante consecrationem in altum elevare præmat, ne adorando hostiam non consecratam populum idolatriam committere contingat. Innovabatur itidem statutum Concilii Provincialis Salisburgensis, quo cautum erat, ne quis prædicare, aut docere præsumeret, quod Sacerdos in mortali peccato existens non possit confidere corpus Christi, seu sic ligatus non possit absolvere: Præterea publicantur Indulgentiæ ab Eugenio IV. Papa in festo Corporis Christi concessæ: In decreto XVII. forma Baptismi, & unctiones præscribuntur. XVIII. Præcipitur, ut secundum constitutionem Lateranensis Concilii Eucharistia, Chrisma, & Oleum sanctum sub fædeli custodia conserventur, & Sacramentum Eucharistiae singulis mensibus ad minus semel renouetur; mappæ, palæ, corporalia, & alia vestimenta divino cultui deputata munera & nitida conserventur. XIX. Feruntur statuta contra eos, qui clandestina contrahunt matrimonia, & singulis cuncte conditionis personis interdictur, ne ejusmodi occultis matrimoniis interficiantur. XX. Corriguntur ea, quæ Simoniam sapiunt, & prohibetur, ne quisquam pro bono spirituali paciscatur, aut exigit pecuniam vel aliquod aliud æquivalens; in quem finem innovatur Constitutio Concilii Constantiensis contra hoc vitium

vitum emanata. XXI. Præcipitur, quod Sæcul. XV.
Judæi non permittantur fænerari, nec uti A.C. 1440.
 formulæ Christianis, eisdemque injungitur,
 ut in die Pentecostes fenestræ & ostia
 clausa teneant tota die; in diebus autem la-
 mentationis, & Dominicæ Passionis in pu-
 blicum minime prodeant; item, cum saluta-
 ris Hostia ad infirmos deportatur, caveant,
 ne contra Christianam fidem, beatam Virgi-
 nem, vel alios Sanctos contumeliosa verba
 proferant; nullus quoque Christianus cum
 eis balneari, aut medicinas ab eis capere
 præsumat. XXII. Damnantur Usuræ
 cum Usurariis. XXIII. Providetur secu-
 ritati Ecclesiasticorum. XXIV. Prohi-
 bentur Confessarii, ne a casibus Sedi A-
 postolicæ aut Episcopo reservatis absolvant;
 præscribitur forma absolutionis, &
 ulterior mentio fit de Confessione; tan-
 dem etiam prohibentur abusus Quæsto-
 rum. XXV. Inhibetur omnibus, ne quem-
 quam Clericum vel Laicum pro culpa vel
 contumacia excommunicent, sine scriptis, &
 monitione canonica non præmissa, aliisque
 de necessitate juris observandis & obser-
 vatis formulæ, itemque innovatur Decre-
 tum Concilii Basileensis, quod incipit:
Ad vitanda scandala. Denique in vigesi-
 mo sexto decreto præcipitur publicatio
 horum statutorum, quæ taliter acta ac
 conclusa fuere die Veneris secunda men-
 sis Septembris anno millesimo quadrin-

R 5 gente-

Sæcul. XV.

A.C. 1441.

gentesimo quadragesimo. Dupinus in sua
Historia Sæculi decimi quinti nullam hu-
jus Synodi mentionem nobis reliquit.

§. CLX.

*Jacobitarum accessus ad Synodum
Florentinam.*

Anni hujus millesimi quadringentesimi
quadragesimi primi exordia unione
atque concordia Jacobinorum seu Jaco-
bitarum cum Ecclesia Romana nobilita-
ta fuere. Elapso jam anno die duodecima
Septembris Joannes eorum Patriarcha
ad Eugenium Papam literas dedit, per
Andream monasterii S. Antonii Abbatem
delatas, in quibus ad illam Pontificis e-
pistolam, qua Patriarcham ad Florentinam
Synodum vocaverat, respondit. Excusabat in iis suam a Concilio absentiam,
obtendens infirmam valetudinem, atque
paupertatem; nihilominus tamen se ve-
nerabilem quemdam fratrem suum, mo-
rum integritate, & doctrinæ præstan-
tia commendandum ablegasse ajebat, eo
consilio, ut vices suas ageret. Hujus
Patriarchæ Legatus in quadam Congre-
gatione, cui Eugenius Papa præerat, ho-
norifice exceptus, legationis suæ caussam
Syro idiomate exponebat, cuius oratio
primum Italice, dein latine reddita, in
acta Concilii fuit relata. Tribuebat Pa-

triar-